

1
/
/
2.
3
4
5
6



1732.

1. Ethnellerus, Michael Ernestus: De spasmo vesical.
2. Fries, Fridricus, fac. jur. pro cancellarius: Programmata, quo promotionem doctoralem Fr. Ferd. Fredi Werneri . . . indoles.
3. Pustner, Carolus Gustichus: Fore Germanice inter impuberes et minores, tutores et curatores non distinguuntur, continentur.
4. Gebauerus, Georgius Christianus: De originibus feodi qua vocem qua rem non ex ternis sed Germanicis. 2 Exempl. 1732: 1777
5. Gruber, Mich. Henr: Programmata, quo et inauguralia solennia Reinholdi Willibri Lischlii invitata.
6. Gruber, Michael Henr: Programme, quo et inauguralia solennia Pauli Gustichui Weidertii . . . invitata.

1732.


7. Grotius, Mich. Henr.: De fœderis imperii masculinis
non femininis.
- 8^{no} Hommel, Ferdinand August: De usu hodierno
patruæ potestatis Romanæ in foris Germaniæ spe-
cialim Hamburgensium. 2 Sempl.
9. Fockinus, Georg Andr.: De viri sepultura, delicto
et poena.
- 10 Fockinus, Georg Andr.: De mortuis redimendis.
11. Fockinus, Georg. Leonhardus: De testamento ad pias
causas sine testibus valido ad explanationem Cap. XI
extra de testamentis
12. Kraetzer, Abraham: De inquisitione circumspicte
et non facile decernenda. simulque collegia sua
estiva in Dieß.
13. Kraetzer, Abraham: De jure colonario sive laud-
si delicti . . . simulque collegia sua hyberna in Dieß.

1732.

14. Hoesebinius, Gorpheus Reinoldus: Facultatis juris
Dica, qua sponsalia a variis doctorum viris
dicuntur.
15. Hoesebinius, Gorpheus Reinoldus: Viri, quae patris
potestatem fundant.
16. Hoesebinius, Gorpheus Reinoldus: Theses de Divorcio
juris capitibus selectae.
17. Hoesebinius, Gorpheus Reinoldus: De jure priuor
ex communi acque ac Saxoniae jure Slectorali
illustrato.
18. Kuenhold, Fridr. Alexander, fac. jur. procancelarius.
Programma, quo ad promotionem Fr. Fischeri
Schneideri . . . invitatur.



1732, 5.



MICH. HENR. GRIBNER

ICTVS

AD

**INAUGVRALIA
SOLENNIA**

CANDIDATI NOBILISSIMI

**REINHOLD. GOTTLÖB.
LISCHKII**

ZSCHOPAVIENSIS

D. XXIV. IVL. AN. c1o 1000 XXXII.

CELEBRANDA

LECTOREM BENEVOLVM

EA QVA DECET HVMANITATE

INVITAT.

*An origo hÿpothecarum tractatum ex Jure Officio repeti
queat.*





Vi hypothecarum tacitarum aequitatem et vtilitatem commendant, et de iis in locum pristinum restituendis laborant, ad earum vetustatem et antiquissimas origines in primis prouocare solent. Non parum vero huic argumento accedet splendoris, si ostendi possit, legibus etiam Atticis, quae apud omnes aequitatis et prudentiae laude celebrantur, iam constitutas illas et introductas fuisse. Atque sunt omnino, qui ita obtinuisse contendunt, et tacitorum pignorum vestigia in *Iuris Attici* reliquiis se inuenisse existiment. Sed nec in bonis conductorum (a) locatoribus, nec Fisco in bonis administratorum, (b) nec uxori in bonis mariti (c) hypo-

- a) Nam et illi, qui orphanorum aedes conducebant, expressam hypothecam constituere solebant, claro indicio, ne pupillis quidem in bonis conductorum tacitae hypothecae ius lege datum esse, vid. praeter PETITVM *Comment. ad LL. Atticas lib. 6. tit. 7. pag. 491. Desid. HERALD. Obseru. ad Ius Attic. et Roman. lib. 3. cap. 6. §. 10. et 11. SALMAS. de modo usurar. cap. 12. pag. 509. MAVSSACVM ad Harpocraton. voc. ἀνεκτιστοῦ pag. 61.*
- b) PETITVS enim *lib. 3. Cap. 2. pag. 226.* monet quidem, magistratibus, rationibus reddendis obnoxiiis, alienandi potestatem negatam fuisse, rempublicam autem in bonis eorum pignus tacitum habuisse nec ipse tradit, nec verba legis, ad quam prouocat, evincunt.
- c) Solebant enim expressas hypothecas constituere mariti, accepta dote, PETIT. *lib. 6. tit. 2. pag. 458. add. Iul. POL-*

38
hypothecam tacitam competiisse, recte monuit, cuius causa haec scribimus, *nobilissimus Candidatus*: (d) *pupillos tamen in patrimonio tutorum sine conuentione ex Lege pignoris ius habuisse*, (e) quamuis fluctuans et dubius, contendit, non tam suum iudicium, quam aliorum auctoritatem secutus. Fuit sane in ea sententia MARCILIVS *Leg. XII. Tabb. Interpretament. c. 32. p. 144.* qui apud *Athenienses bona tutoris ipsa lege pupillo obligata* fuisse tradit. MARCILIVM sequitur RITTERSHVSIVS *Commentar. in XII. Tabb. Leg. Class. 3. P. 1. c. 17. p. 120.* Idem placuit PETITO *ad Leg. Attic. Commentar. lib. 6. tit. 7. p. 491.* add. BALDVINVM *de pignor. et hypothec. cap. 7. p. 30.* (f) et HOFFMANNVM *Histor. Iur. Vol. 2. p. 246.* Prouocant omnes vno ore ad
(2 testi-

LVC. *Onomastic. lib. 3. cap. 3. segm. 36. pag. 238. et lib. 8. Cap. 12. segm. 142. pag. 966.* HARPOCRAT. *lex. l. c. pag. 62. sequ.* SALMAS. *l. c. pag. 500. Desid.* HERALD. *l. c. §. 12. pag. 218.* Neque existimo, aliam BALDVINI fuisse sententiam, qui *de pignorib. et hypothec. Cap. 7. pag. 30.* scribit, moris olim fuisse apud *Athenienses*, vt vxoribus pro dote bona maritorum obligarentur. Quod ad expressam, quam ad tacitam, hypothecam referre malo.

d) *Diff. inaug. §. 7. 17. et 18.*

e) *loc. cit. §. 10.*

f) BALDVINVM non puto in eo errore fuisse, qui *loc. cit. pag. 30.* de hypotheca expressa intelligi potest, dum apud *Athenienses* moris fuisse memorat, vt pupillis bona tutorum obligarentur.

testimonium DEMOSTHENIS *Orat. 1. adu. Onetorem* atque ex hoc solo causam hanc confici posse sibi persuadent. Refert *Demosthenes Onetorem* dotem promissam *Aphobo* numerare noluisse, quasi existimaret, bona tutorum, *Aphobi*, *Demophontis* et *Therippidis Paeaniensis* pupillis, *Demostheni* nimirum et forori, oppignerata esse. (g) Fefellit puto viros doctos loci huius latina versio: *tutorum opes pupillis* VELVTI *oppignoratas* esse, vt illud *veluti* ad quasi pignus atque tacitam hypothecam referrent; cum tamen τὸ ὡς περὶ quo *Demosthenes* vitur, non ad τὸ ἀποτίμημα, sed ad τὸ νομίζων pertineat. Non dicit bona tutorum pupillis quasi obligata, imo ne expressam quidem hypothecam eis constitutam fuisse, sed *Onetorem* dotem soluere noluisse, et iudicium tutelae formidasse, tanquam iudicaret, bona haec *Aphobi* *Demostheni* esse ἀποτίμημα. Hoc ipsum vero vocabulum non pignus tacitum, sed expressum, (h) et aestimatum, et plerumque, hypothecam cui

g) Adscribam locum ex *Demosthene*: Προέδοται δὲ τὴν προίκα ἐν ἐπίκευτον ὡς περὶ τὰ τῶν ἐπιτροπευόντων χηρῶν ἀποτίμημα τοῖς ἐπιτροπευομένοις καθεστάναι νομίζω, quae ita vertit WOLFIVS: dotem autem numerare pertimuit, tanquam tutorum opes pupillis VELVTI oppignoratas esse iudicaret.

h) HARPOCRAT. l. c. SVID AS voc. ἀποτίμημα Tom. I. edit. Kuster. p. 298. SALMAS. HERALD. loc. cit.

38
cui traditio etiam accefferat, (i) exprimit. In tribus
aduersus *Aphobum* et duabus aduersus *Onetorem* ora-
tionibus nunquam hypothecae sibi siue ex lege, siue
ex pacto, competentis meminit *Demosthenes*, quam
potissimum allegaturus erat, si aut tacitam aut ex-
pressam habuisset. Non ait sibi ante fuisse pignus,
quam pro pecunia dotali fundus oppigneraretur;
non vrget ius potius aut antiquius, sed rem iudicatam
et sententiam, qua tutor condemnatus fuerat. Ne-
gat *Aphobo* dotem numeratam, diuortium factum
esse, omnia per fraudem et simulationem gesta que-
ritur, fundum fuisse litigiosum, indices (1) pignoris
falso esse appositos contendit. In quibus commemo-
randis probandisque operam perdidisset orator, si
iure tacitae et antiquioris hypothecae aduersarium
vincere potuisset; nisi forte existimes, iam eo tem-
pore dotem praerogatiuam ante alias et priores hy-
pothecas habuisse, quod adeo ab omni probabilita-
te abhorret, vt neminem fore existimem, qui hac
exceptione uti velit. Et quis quaeso sibi persuaderi
patiatur, hypothecam pupillorum tacitam in bonis
tutorum, qua etiam apud Romanos satis diu carue-

(3) runt,
i) DEMOSTH. *orat. I. adu. Onetor.* p. 570. seq. HERALD.
l. c. §. 5. p. 215. SALMAS. l. c. p. 509.

l) De his vid. praeter antea cit. HARPOCRAT. *lexic. voce epos.*
Iul. POLLVC. *Onomast. l. 3. c. 9. segm. 85. p. 309.* add. omnino
THEOPHRAST. *Character. Ethic. cap. 11.* et SALMAS.
de mod. vsurar. cap. 15. p. 636. seqq.

runt, et quam ex *Candidati* nostri sententia (m) de-
mum a *Constantino M.* obtinuerunt, apud Athenien-
ses iam inualuisse? inprimis cum in eorum legibus
nullum taciti pignoris vestigium occurrat, et non, nisi
ex hoc vno *Demosthenis* loco, coniecturam suam
confirmare conentur viri docti, qui sane huic rei non
sufficit, et hypothecam, quae aduersus tertium pos-
sessorem (n) actionem tribuat, sine conuentione pu-
pillis ex lege constitutam fuisse, minime omnium
euincit. Sed haec pluribus persequi non vacat.
Quae vero de aequitate et vtilitate tacitorum pi-
gnorum mea sit sententia, alio loco exposui. Re-
stat, vt de *Candidato* nostro nonnihil addam. Edi-
tus is est in hanc lucem *Zschopauiae* anno huius
seculi X. Patrem colit *Virum Consultissimum Gott-
lob Christianum LISCHKIVM causarum patronum,*
iusti et aequi seruantissimum, cui *Augustissimus Rex*
noster curam reddituum publicorum, qui *Accisarum*
nomine veniunt, commisit atque demandauit, ma-
trem *Eleonoram Sophiam*, Viri Summe Reuerendi
Iohannis Ioachimi THOENNECKERI, Theologiae
Licentiati et Schnebergensium Pastoris primarii, fi-
liam. A teneris, vt graeci dicunt, vnguiculis literis
qui-

m) d. §. 10.

n) Rerum pigneratarum nomine non datam fuisse actionem
contra possessorem, obseruat MEVRSIUS *Themid. Attic.*
l. 2. c. 31. quae res expendi meretur vterius; non enim iam
integrum est his immorari.

38

quibus puerilis aetas par est, imbutus, vbi adolefcere coepit, in disciplinam traditus est Viri Doctiffimi *Chriftiani Henrici WEISSII, Gymnafii Altenburgenfis Directoris*, cui per quadriennium integrum indefeffus adhaefit. Inde ad nos fe contulit, et inter Academiae noftrae ciues An. clb Ioccc XXVII. nomen profeffus est. Ab eo tempore fedulo ftudiis dedit operam, et Viri Clariffimi CORTII, qui eo tempore *Philofophiam* et *Antiquitates Romanas* docebat, fcholas affidue feftatus est. Poftea ad Iurisprudenciam appulit animum, et RECHENBERGII, KVNHOLDI, GEBAVERI, *Antecelforum*, meas etiam et *Confultiffimi* Viri D. BAVERI Lectiones diligenter frequentauit. Inprimis vero fe addixit D. RIVINO, *Pandect. Profeffori publico*, quo etiam Praefide *ad Synopfim Schoepfferianam* publice difputauit, et cui ob maxima in fe collata beneficia plurimum fe debere gratus profitetur. Absoluto ftudiorum curfu, vt temporis bene tranfacti rationes redderet, et induftriae fuae fructum perciperet, Collegium noftrum adiit, atque vt in numerum Candidatorum reciperetur, facile impetrauit. Ad vtrumque examen admiiffus expectationem noftram non fefellit. Itaque fupremos vtriusque Iuris honores ei decernere non dubitauimus. Proximo die *Mercurii* enarrabit *l. vlt. C. in quib. cauf. pign. tac. contrab.* deinde altero, qui XXIV. huius menfis est, *Differtationem Inauguralem*, publice absque Praefide

fide defendet, qua finita Vir *Excellentissimus* et *Consultissimus* Christophorus DONDORFFIVS, *Collegii nostri Senior* grauissimus, ex Decreto Ordinis nostri a me, quem *Reuerendissimus* et *Serenissimus* Princeps ac Dominus, Dominus HENRICVS, Dux Saxoniae, Iuliae, Cluiae, Montium, Angriae et Westphaliae, Episcopatus Martisburgensis Administrator, Thuringiae Landgrauus, Misniae et vtriusque Lusatiae Marchio, Comes Principalis dignitatis Hennebergicus, Comes Marcae, Rauensbergi et Barbiae, Dominus in Rauenstein etc. Academiae nostrae Cancellarius Eminentissimus, Dominus meus Clementissimus, Procancellarium esse voluit, Promotor rite constitutus Iuris vtriusque Doctoris honores et priuilegia ei solenniter conferet. Quam Panegyrim vt praesentia sua Rector Magnificus, Illustrissimus Comes, Patres, Proceres et Ciues Academiae ornare dignentur, qua decet obseruantia et humanitate rogo atque contendo. P. P. Dom.
VI. p. Trinit. An. clb lccc XXXII.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



Leipzig, Diss., 1732 A-K

ULB Halle


004 508 343

3



f

sb.



B.I.G.

Farbkarte #13

1732, 5.

MICH. HENR. GRIBNER
ICTVS
AD
INAUGVRALIA
SOLENNIA
CANDIDATI NOBILISSIMI
REINHOLD. GOTTLOB.
LISCHKII
ZSCHOPAVIENSIS
D. XXIV. IVL. AN. c1o Iccc XXXII.
CELEBRANDA
LECTOREM BENEVOLVM
EA QVA DECET HVMANITATE
INVITAT.

*An origo hypothecarum tantum et Jure Aetico repeti
queat.*

